



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801975-p0001-3

DFG

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
MORGENGABA
NOVO MARITO A NOVA CONIVGE
OFFERRI QVEAT.

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBURG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XV. AVGUST. ANNO CICICCLXX.

DEFENDET


MICHAEL GOTTLIEB HERING

PIRNENS.

LIPSIAE
LITERIS RVM PFLIS.



AVESIO
IATRIS GONTROURRI
AN
MORGNGA
MONOMAGNA COMUNE
CLITERI CUBAT
ILLATRIS ELEGIA QDING GRATA
PRAESEDE
H CHRISTIANE HIRZELIUS
TROPHESO TAVEL QDING GRATA
ET SOGDTAT TIZEL DAVIS
IN AVADITOLO ETTINO
DIT ZU AUGSBURG DIOGOEGRA
MICHAEL GOTTLIEB HIRZL
TIPSIAS
TITRIS AVADITO



AN

MORGENGABA
NOVO MARITO A NOVA CONIVGE
OFFERRI POSSIT.

§. I.

Paradoxon vtique continet quaestio; *an*
Morgengaba nouo marito a noua conjuge
offerri possit. Si enim ea, quae vulgo vel
contingere solent, vel a doctis tradun-
tur, adhibemus, sponsam vxorem factam plerumque do-
natam Morgengaba cernimus; hinc etiam illud ex pactis
nuptialibus: *Der Herr Hochzeiter verspricht die Frau-*
lein Braut standesmäig zu Bemorgengaben. Quid
ergo

A 2



ergo nobis negotii erit cum marito in causa capienda
Morgengabae? Irane maritus aliquando vxoris vice fun-
gatur? Inauditum sane et ab omni antiquitate legum
alienissimum! Sed salua res est. Prius facti cuiusdam
speciem referam, dein de quaestione dicam, quid senten-
tiā.

§. II.

Caius vxorem duxit Titiam. Ut mos est, cele-
brantur nuptiae non tantum hierologia sacerdotali, ve-
rum, vti maiores solebant, inter epulas et pocula cele-
britas nuptiarum fiuntur atque dein ascendunt thorū
coniugale, et hoc demum ritu fiunt vir et vxor. In-
sequenti die mane offert nouus maritus nouae suae con-
iugi matutinum munus, quod nostratibus Morgengaba
audit. Eo ipso vero momento, quo vir sua munera
offerebat, noua nupta non minorem liberalitatem viro
suo exhibebat, vtrique coniuges haec munera accipiunt,
iam continuabant connubium. Interiecto tempore con-
tigit causa, quae occasionem dabat quaestioni, vtrum ea
largitio matutina ab vxore marito facta valida persiste-
ret, an vero tanquam prohibita ab vxore possit reuocari.
Haec quaestio exorta materiam scribendi dedit. Iam de
quaestione proposita agamus.

§. III.

Est quidem denominatio *Morgengabae* vel vti legitur
interdum *Morghengheba* vel *Morgencap* vel *Morganegiba* vel
Morgengnada a donatione matutina desumpta atque libera-
lita-

fitatem denotat, quam maritus nouus nouae nuptiae post perfectum matrimonium confert, tanquam symbolum perfecti atque consumati per adscensum thorum conjugii. Ita omnes qui ex patro iure sapiunt interque eos **GVNDLING** in *Diss. de emtione uxorum, dote et Morgengaba.* Non itaque eos refuto, qui in praemium delibatae virginitatis quondam datam censebant morgengabam. Satis refutati ab aliis, et contrarium probant exempla viduarum iterum nubentium, quibus sua data morgengaba, apud quas frustra forsitan expectes virginitatem delibandam.

§. IV.

Sic itaque haec largitio matutina a marito uxori confertur in signum consumati matrimonii; quid obstat, quo minus eam liberalitatem remuneratoriam ab vxore marito datam, in signum forte perfecti coniugii *Morgengabam* nominemus, si vel abusus fiat, quo ab aliis separremus, quae ab vxore marito dantur, ut dos, ut parapherna, sicut cruda fori studia ex linguae iniperitia bona iure germanico marito illata vocarunt. Non plane improbatum est, eiusmodi largitiones factas fuisse interdum ab uxoribus maritis. Non omnino improbabilis fit conjectura ex *GLOSS.* ad *Land-Recht L. i. art. XX.* Loquitur Glossator de sponsalicia largitate, quae a sponso sponsae vel e conuerso confertur, hanc vero postea describit sponsaliciam largitatem, et ea est, quam ipse textus Morgengabam vocabat. Sic *Glossa: Morgengab, sc. In Anschlung einer Ehe pfleget man dreierley Gaben zu geben, die erste heist Arra, das ist, der Trau oder Mahlschoß: sc. Die*

A 3

an:



andre heift in legibus sponsalitia largitas, die verstehet er hier in Text, und dieselbe behält eine Frau. Iam vero textus agit de Morgengaba. Sic verba: Nun vernemit, was ein ieglich Mann von Ritters Art, mög seinem Weib zu Morgengab geben, des Morgens, als er mit ihr zu Tisch geht vor Eßens ic. Notat vero GLOSSA latina de sponsalitia largitate: *Dicit tamen lex, quod raro contingit, quod sponsa sponso conferat, quia femininum genus avarissimum est. caet.* Et hinc opinor, cum textus conspiret et argumentum, superioribus temporibus non plane incognitam fuisse Morgengabam a noua nupta nouo marito datam. Sed sit tantum coniectura.

§. V.

Iam ad causam. Si ergo tale matutinum munus marito suo offerat noua conjux, quaeramus: an suum faciat accipiendo maritus. Omne et grauissimam dubitandi causam nobis fert lex peregrina recepta, quae improbat donationem inter coniuges. Iam vero si adscensus sit thalamus, coniuges facti sunt despensatae antea et benedictione ecclesiastica coniunctae personae, hinc et ea videri possit improbanda donatio, quae a coniuge in maritum confertur matutino tempore die nuptias insequenti. Et ipsa ratio, quam Romana lex habet, ne se mutuo inuicem amore spoliarent coniuges, bene applicanda esse videtur in ea liberalitate; quo enim tempore fortior coniugum amor, quam in initio matrimonii, cum durante eo amor deferueret.

§. VI.



§. VI.

Sed salua omnino res est; Nam posito, romanam legem improbare hanc liberalitatem, quod adhuc non concedam, tantum cum in subsidium illud ius receptum sit, saluis patris moribus, saluoque eo iure, quod ex antiquis temporibus in patria valuit, putauerim liberalitatem, quam quaestio nostra habet, apud nos validam esse posse. Nam sicut romani iuris ratio non efficit, ut improbetur ea donatio, quae a marito conjugi in symbolum consummati conjugii confertur, quam Morgengabam vocamus; ita nec efficere possit, ut ea improbaretur, quae ab vxore in maritum confertur ex eadem causa tanquam symbolum perfecti matrimonii imo, qua morgengaba data compensetur. Quam vero liberalitatem in uno coniuge non improbare poterit, propterea, quod ex antiquis moribus ea comprobata supersit, quomodo eam improbet in altero coniuge?

§. VII.

Neque tamen concedo, ex peregrino iure ipsam videri posse prohibitam largitionem ab vxore marito factam. Nam cum raro soleant amplissimae esse largitiones, ut viderentur se conjuges inuicem spoliare, ita sane cessante ratione, cessare deberet, quae esset romanae legis prohibitio. Dein TERENT. CLEMENS in L. 25. ff. de Donat. inter vir. et vxor. prohibitionem statuit

in



in iis denum donationibus, ex quibus locupletior mulier et pauperior maritus in suis rebus fit. Iam hoc in Morgen-gaba utriusque coniugis metuendum non est, maxime si reciproca detur Morgengaba. Imo nec improbat VLPIANVS in L. 7. §. 2. ff. eod. mutuam donationem, quam legem explicat Scipio GENTILIS de donat. inter coniug. L. II. c. XXI. vt ergo vel aliquo modo ex hoc iure excusari possit ea coniugum liberalitas, quam tamen ex patrīi iuris rationibus, quae eam non improbat, magis di-judicandam arbitrer.

T A N T V M.



VD18

ULB Halle
007 208 200

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

Farbkarte #13



QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI

A N

MORGENGABA
NOVO MARITO A NOVA CONIVGE
OFFERRI QVEAT.

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE XV. AVGUST. ANNO CCCCCLXX.

DEFENDET

MICHAEL GOTTLIEB HERING

PIRNENS.

LIPSIAE
LITERIS RVM PFLIS.

